

tus: adducet. Quorsum? an ad cælum piorum, A  
cujus modo meminit? LXX. ἀπάξει. Forte Latinus  
posuit: abducet. Sed etiam Moguntina ha-  
bet: herzuführen.

עִוְיָהּ cum operariis iniquitatis: h. e. sic-  
ut facinorosi post calcatas scelerum semitas ama-  
biles, asperam tandem calcare coguntur viam  
ducentem ad patibulum, eqvuleum, &c. ita ii-  
dem quoque ocores rectorum ac bonorum simi-  
lem tandem experientur fortunam; ibunt quor-  
sum ire recusabunt, ibunt ad meram inquietudi-  
nem, ubi nulla pax, &c. uti sequens colligere ju-  
bet antithesis. De operariis iniquitatis vide Psal.  
CI, 8. Prov. X, 29. XXI, 15.

פָּאָז pax super Israël: scilicet esto! vel erit.  
Ita & infra Psal. CXXVIII, 5. Alluisse huc videtur  
Paulus Gal. VI, 16. & pax super Israël Dei. Confer  
Eph. IV, 7. & Coloss. III, 15.

#### USUS PRACTICUS E VERSU I.

- [1] De fiducia in DEum præc. I.  
[2] Fidentes sunt immoti instar Zionis, tum quo-  
ad animi constantiam, tum quoad DEI confortantem B  
gratiam.  
[3] Inde tamen inferri haut potest, fide renatos excide-  
re haut posse; ceu adductum in annot. V. L. de perseve-  
rantia Sanctorum.  
[4] Contraria omnia deprehenduntur in his, qui pro-  
priis confidunt viribus, prudentia, patronis, &c.

#### USUS E VERSU II.

- [1] Jerusalem cincta montibus, depingit quodam-  
modo angelicas, à quibus pii cinguntur, turmas: 2. Reg.  
VI, 16. Genes. XXXII, 2. Psal. XXXIV, 8.  
[2] DEus ipse cingit & ecclesiam, & quodlibet etiam  
seorsim ecclesie membrum: Jesai. XLI, 10. XLIII, 2, 3.  
Psal. XCI, 18.  
[3] Ecclesia seu populus Dei, ex nunc & in se-  
culum usque permanebit contra inferorum portas;  
Matth. XVI, 1.

### PSALMI CXXVI. DISPOSITIO.

Captiva flet, rediens ovat. Tristitia in gaudium.  
Amarum dulce.

EST hinc I. futuri reducum è captivitate C  
gaudii descriptio: ubi (1) reducens: Je-  
hova, (2) reductio ipsa: (3) reducendi:  
captivitas Zionis: (4) gaudium (a) erimus qua-  
si somniantes: v. 1. (b) os nostrum replebitur risu;  
& lingua jubilò: (c) in gentibus predicabitur  
Dei magnificentia: v. 2. (d) confirmabitur eadem  
à nobis cum gaudiò: v. 3.  
II. Suspirium: (1) Domine, reducito captivi-  
tatem nostram: (2) quasi torrentes in meridie: v. 4.  
III. Spes: ubi (1) seminantes cum lacrymis:  
(2) metentes cum gaudiò: v. 5, 6.

### PSALMUS CXXVI.

#### EXPLICATIO VERSUS I.

בָּשׁוּב In reducere: i. e. secundum Campen-  
sem: quum revocaret Dominus ab exiliò nos, qui  
ex Sion abducti fueramus &c. Verbum שׁוּב  
quod communiter intransitivum est Reverti,  
quandoque transitive est, Reverti facere, reducere,  
restituere, ut Deut. XXX, 3. וְשׁוּב יְהוָה אֶת שְׁבוּתָךְ  
& restituet Dominus captivitatem tuam: Job. XLII;  
10. DEus שׁוּב שְׁבוּתָךְ restituit captivitatem ejus, h.  
e. restituit ipsum dignitati ac prosperitati pri-  
stinæ, ex vinculis pauperiei, morborum, tenta-  
tionumque variarum ereptum exhilaravit; (non  
enim de loci mutatione vinculorumque injecti-

one propriè dicta, sermonem illic esse, est in-  
propatulò.) Psal. XIV, 7. בָּשׁוּב יְהוָה שְׁבוּתָךְ  
cum restituet DEus captivitatem Israël, exul-  
tabit Jacob &c. Psal. LXXXV, 2. שָׁבַת שְׁבוּתָךְ  
reduxisti captivitatem Jacob: vers. 5. שׁוּבָנוּ  
restituere nos DEus salutis nostræ. Jesai. XXX,  
18. ecce ego שׁוּב שְׁבוּתָךְ restituo captivitatem ten-  
toriorum Jacob: & habitaculorum ejus misere-  
bor. Jes. LII, 8. oculo ad oculum videbunt, בָּשׁוּב  
יהוָה צִיּוֹן vide Jer. XXX, 10. XXXI, 23. XLVI, 26.  
XLVIII, 47. Zeph. II, 7. III, 20. Hof. VI, 11. Ex quibus  
equidem textibus manifesta satis fit transitiva,  
verbi acceptio; ut proinde contortum foret, se-  
cundum

#### USUS E VERSU III.

- [1] Dominium tyrannicum, instar sceptri duri, ali-  
quando premit justos, ob probationem, castigationem, &c.  
sicut ecclesia V. & N. T. multoties hoc experta.  
[2] Non tamen quiescere aut perseverare permitti-  
tur indefinenter: Psal. LV, 23. Jes. IX, 4. Cum duplican-  
tur lateres, venit Moses. Solatium contra tyrannos.  
[3] Dantur sceptrum tum justitiae, tum impietatis,  
quando pro lubitu administrantur omnia, citra respectum  
legum sacrarum & profanarum, propter lucrum, vanam  
gloriam, voluptates, &c. v. L. de magistratu.  
[4] Justi sunt fors Domini vel peculium ejus: Exod.  
XIX, 5. Tit. II, 14.  
[5] Justi etiam possunt deficere ad iniquitatem: Ezech.  
III, 20. seqq.  
[6] Lutandum contra desperationem & impatientiam:  
2. Cor. XII, 7. II, 11. Rom. V, 3. 1. Cor. X, 13.

#### USUS E VERSU IV.

- (1) Pietas habet certum suum præmium; benefacit  
ejusmodi bonis mentibus divina benignitas: 1. Tim. IV, 8.  
(2) Verè pii student rectitudini animitus, citra hy-  
pocrisin: v. præc. I. sentiunt inhabitantis peccati motus,  
non tamen consentiunt: Rom. VII, 17. 1. Cor. IX, 27.

#### USUS E VERSU V.

- (1) Non despectendum unquam à veritate agni-  
tâ, sive ex metu sive spe lucri, (Joh. VII, 49. XI, 46. XII,  
43.) neque etiam à virtutis tramite, nec ad dextram, nec  
sinistram, b. e. nec in excessu vel defectu peccandum L. de  
Apostasiâ, nempe de Bonis Op.  
(2) Recti abhorrent à curvitatibus, b. e. ab omni  
irregularitate, hypocrisi, studio novitatum pernicioso.  
fraudentiâ.  
(3) Quale consortium placuit in vitiis, tale etiam pla-  
cebit in panis: cum operariis iniquitatis abeundum  
ad tartara: Matth. XXV, 41. XIII, 30. 41.  
(4) Pax, tam spiritualis hujus seculi, quam bea-  
titudinis aeternæ, continget Israëlitis veris: Johann.  
XIV, 27. Luc. II, 14. Rom. XIV, 19. Galat. VI, 16.  
2. Cor. XIII, 11.